Quelle:
Copyright:



172. Cod. LXXVIII. n. 3.

instantiam fratrum predicatorum et minorum et heremitarum et in scolarium diversarum nationum et multorum aliorum Sub anno domini M° CC xl iij° Indict. I. V Kal Sept. tamquam primus in perfectione ego mgr Joa. de deo veriam postulo a lectoribus universis "

Post haec immediate: "incipit summa de relationibus tam in initio libri quam in medio et in fine. In calce hujus tractatus legun-tur sequentia: " Explicit libellus dispensationum et formationum sententiarum et relationum et consultationum a magistro Jo. de deo doctore decret. Ypsano ad honorem sume trinitatis et individ. unit. sancte romane ecclesie tuique innoc. iiii^{ti} pape compositus cui libellus mittitur corrigendus sicut superius in serie prenotatur, et ipse primus et novissimus Alleluja "

"Ex ego quem patria genuit pia portugalensis
Digna cathedravit verbis schola bolonienses
Hoc opus aptavi tutas pia Virgo Maria
Sed tamen emendat tua praesul docta Sophia."

Ex his subscriptionibus patet Joannem de Deo circa medium decimum tertium sae-culum floruisse; cum JCtum Bononiensem extitisse, et praefata opera usque ad an. 1243 elucubrasse; tresque memoratos tractatus, scilicet de dispensationibus, formandis sententiis, et relationibus unum opus ju-dicum constituere. - Vide Ant. Sid. Hisp. l. c. Oudinum Tom. 3. col. 177. Fabric. in Bibl. med. & inf. lat. T. 2. pag. 21.